CAPVT II.

DE MICROSCOPIIS HVIVS GENERIS MAGIS COMPOSITIS.

Problema I.

250.

Microſcopium huius generis ex quinque lentibus conſtruere, quae ita ſint diſpoſitae, vt prior imago realis inter lentem ſecundam et tertiam, poſterior vero inter tertiam et quartam cadat.

Solutio.

Cum igitur prior imago in interuallum ſecundum, poſterior vero in tertium cadere debeat, litterarum P, Q, R, S ſecunda et tertia Q et R debent eſſe negatiuae. Statuatur ergo $Q = -k$ et $R = -k'$, vt ſit $Pkk'S = \mathfrak{M}$, exiſtente $\mathfrak{M} = \frac{ma}{b}$. Deinde vero ſit $M = \frac{\mathfrak{q} + \mathfrak{r} + \mathfrak{s} + \mathfrak{t}}{\mathfrak{M} - 1}$, vt fiat ſpatii in obiecto conſpicui ſemidiameter $= z = Ma\xi$. Quare vt campus euadat maximus, efficiendum eſt, vt litterarum $\mathfrak{q}$, $\mathfrak{r}$, $\mathfrak{s}$, $\mathfrak{t}$ tot fiant vnitati aequales, quam reliquae circumſtantiae permittunt, quod cum de omnibus ſtatui nequeat, ſaltem pro poſtremis ponamus

$$\mathfrak{s} = 1 \text{ et } \mathfrak{t} = 1, \text{ vt ſit } M = \frac{\mathfrak{q} + \mathfrak{r} + 2}{\mathfrak{M} - 1}.$$

Tum vero habebuntur ſequentes aequationes

$$1^{ma}\ \mathfrak{B}\mathfrak{q} = (P - 1)M$$

$$2^{da}\ \mathfrak{C}\mathfrak{r} = -(Pk + 1)M - \mathfrak{q}$$

$$3^{tia}\ \mathfrak{D} = (Pkk' - 1)M - \mathfrak{q} - \mathfrak{r}$$

quibus adiungatur aequatio, qua margo coloratus deſtruitur,

$$0 = \frac{\mathfrak{q}}{P} - \frac{\mathfrak{r}}{Pk} + \frac{1}{Pkk'} + \frac{1}{Pkk'S}$$

ex qua deducitur

$$k' = \frac{1 + \frac{1}{S}}{\mathfrak{r} - k\mathfrak{q}}$$

vnde patet, eſſe debere $\mathfrak{r} > k\mathfrak{q}$. Ante quam autem hinc quidquam definire valeamus, lentium interualla conſiderare debemus, quae ſunt

$$1^{mum} = Aa\left(1 - \frac{1}{P}\right)$$

$$2^{dum} = -\frac{AB}{P} \cdot a\left(1 + \frac{1}{k}\right)$$

$$3^{tium} = -\frac{ABC}{Pk} \cdot a\left(1 + \frac{1}{k'}\right)$$

$$4^{tum} = -\frac{ABCD}{Pkk'} \cdot a\left(1 - \frac{1}{S}\right)$$

quae omnia debent eſſe poſitiua; quibus adiungatur diſtantia focalis vltimae lentis

$$\mathfrak{t} = \frac{ABCD}{Pkk'S} \cdot a = \frac{ABCD}{\mathfrak{M}} \cdot a;$$

quae

quae etiam debet esse positiua, vt prodeat distantia oculi post eam, $O = \frac{tt}{M\mathfrak{M}}$, positiua; vnde ob $t = 1$ euidens est, esse debere t positiuum, ideoque $ABCD > o$. Quocirca vt quartum interuallum etiam fiat positiuum, necesse est, vt sit $1 - \frac{1}{S} < o$, siue $S < 1$. Vnde euidens est, productum Pkk' fore $> \mathfrak{M}$ ideoque numerum praemagnum; vnde tertia illa aequatio, si loco M eius valor substituatur, dabit

$$\mathfrak{D} = \frac{(Pkk'-1)(q+r+2)}{\mathfrak{M}-1} - q - r$$

vbi cum Pkk' et $\mathfrak{M}$ sint numeri praemagni et $Pkk' > \mathfrak{M}$, fiat proxime

$$\mathfrak{D} = \frac{Pkk'}{\mathfrak{M}}(q + r + 2) - q - r$$
$$= \frac{2Pkk'}{\mathfrak{M}} + (q + r)\left(\frac{Pkk'}{\mathfrak{M}} - 1\right)$$

siue ob

$Pkk' = \frac{\mathfrak{M}}{S}$, erit $\mathfrak{D} = \frac{2}{S} + (q + r)\left(\frac{1}{S} - 1\right)$;

vnde cum $q + r$ certe sit < 2, euidens est, fore $\mathfrak{D} > 1$ ideoque D negatiuum. Erit ergo $ABC < o$. hinc tertinm interuallum sponte fit positiuum. Quare cum ob secundum interuallum esse debeat $AB < o$, oportet esse $C > o$ hincque $\mathfrak{C} > o$ et $\mathfrak{C} < 1$. Vnde si fuerit $A > o$, ideoque $P > 1$ ob interuallum primum; debebit esse $B < o$, hincque vel $\mathfrak{B} < o$ vel $\mathfrak{B} > 1$; vnde sequitur fore priori casu $q < o$ altero casu $q > o$; vnde ob $q + \mathfrak{C}r < o$ fieret $r < o$ ideoque $k' < 6$ quod est absurdum. Sin autem esset

$A < o$

$\mathfrak{A} < o$ hincque $P < 1$, debent esse $\mathfrak{B} > o$ ideoque $\mathfrak{B} > o$ et $\mathfrak{B} < 1$ vnde iterum fieret $q < o$. Neque igitur etiamnum constat, vtrum ambo isti casus consistere queant. Quia vero in vtroque fit $q < o$, statuamus, vt ante, $q = -\omega$, vt fit $\omega = \frac{(1-P)M}{\mathfrak{B}}$ et ob secundam aequationem esse debet $\omega - \mathfrak{C}\,\mathfrak{r} > o$, tum vero erit

$$k' = \frac{1 + \frac{1}{S}}{\mathfrak{r} + k\,\omega};$$

vnde ob $P\,k\,k' = \frac{\mathfrak{M}}{S}$, fiet $P\,k = \frac{\mathfrak{M}(\mathfrak{r} + k\omega)}{1 + S}$.

Nunc igitur litteras ω et $\mathfrak{r}$ ex calculo eliminemus et cum fit $\omega = \frac{1-P}{\mathfrak{B}}\,M$ ponamus breuitatis gratia $\frac{1-P}{\mathfrak{B}} = \zeta$ vt fit $\omega = \zeta\,M$; deinde fit etiam breuitatis gratia

$1 + P\,k = \eta$ fietque $\mathfrak{r} = \frac{(\zeta - \eta)M}{\mathfrak{C}}$.

Ergo porro

$$\mathfrak{r} - \omega = \frac{(\zeta(1-\mathfrak{C}) - \eta)M}{\mathfrak{C}} \text{ et}$$

$$2 - \omega + \mathfrak{r} = \frac{2\mathfrak{C} + (\zeta(1-\mathfrak{C}) - \eta)M}{\mathfrak{C}}$$

at cum fit $M = \frac{2 + \mathfrak{r} - \omega}{\mathfrak{M} - 1}$ erit

$$2 + \mathfrak{r} - \omega = M(\mathfrak{M} - 1);$$

vnde concludimus fore

$$M = \frac{2\mathfrak{C}}{\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - \zeta + \eta}$$

quo valore inuento erit

$$\omega = \frac{2\mathfrak{C}\zeta}{\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - \zeta + \eta} \text{ et } \mathfrak{r} = \frac{2(\zeta - \eta)}{\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - \zeta + \eta}$$

ex

ex quibus valoribus porro conficitur

$$v + k\omega = \frac{2(\zeta - \eta) + 2k\mathfrak{C}\zeta}{\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - \zeta + \eta}$$

hincque

$$Pk = \frac{2\mathfrak{M}(\zeta - \eta + k\mathfrak{C}\zeta)}{(1+S)(\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - \zeta + \eta)} = \eta - 1$$

ex quo definitur

$$k = \frac{(\eta-1)(1+S)\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - 2\mathfrak{M}(\zeta - \eta) - (\eta - 1)(1+S)(\zeta - \eta)}{2\mathfrak{M}\mathfrak{C}\zeta}$$

vnde porro inuenitur $P = \frac{\eta - 1}{k}$. Quia autem k debet esse positiuum, in eius numeratore coefficiens ipsius $\mathfrak{M}$ debet esse positiuus, vnde sequitur $\mathfrak{C} > \frac{2(\zeta - \eta)}{(\eta - 1)(1+S)}$ at vero vidimus esse $\mathfrak{C} < 1$, sicque necesse est, vt sit

$$\frac{2(\zeta - \eta)}{(\eta - 1)(1+S)} < 1 \text{ seu } 2(\zeta - \eta) < (\eta - 1)(1+S);$$

ex qua conditione concludimus

$$\zeta < \eta + \frac{(\eta - 1)(1+S)}{2}.$$

Nouimus autem esse debere $\zeta > \eta$; vnde littera ζ capi debebit intra limites η et $\eta + \frac{(\eta-1)(1+S)}{2}$, vbi manifestum est esse debere $\eta > 1$. Nostrum igitur problema sequenti modo resolui conueniet: Pro lubitu capi possunt litterae S et η, dummodo obseruetur, esse debere $S < 1$ et $\eta > 1$, quia $Pk = \eta - 1$. Deinde littera ζ capiatur intra limites η et $\eta + \frac{(\eta-1)(1+S)}{2}$ At $\mathfrak{C}$ capiatur intra hos limites

$$\mathfrak{C} < 1 \text{ simulque } \mathfrak{C} > \frac{2(\zeta - \eta)}{(\eta - 1)(1+S)}$$

vnde ſimul C definitur. Tum vero capiatur

$$k = \frac{(\eta - 1)(1 + S)\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - 2\mathfrak{M}(\zeta - \eta) - (\eta - 1)(1 + S)(\zeta - \eta)}{2\mathfrak{M}\mathfrak{C}\zeta}$$

ex quo habebitur

$$P = \frac{\eta - 1}{k} \text{ et } k' = \frac{\mathfrak{M}}{(\eta - 1)S}.$$

Poſtea capiatur $\mathfrak{B} = \frac{1 - P}{\zeta}$; vnde definitur B. Denique ob $P k k' = \frac{\mathfrak{M}}{S}$ formula ſupra pro $\mathfrak{D}$ inuenta dabit

$$\mathfrak{D} = (\tfrac{\mathfrak{M}}{S} - 1) M - (\mathfrak{M} - 1) M + 2$$
$$= M \mathfrak{M} (\tfrac{1}{S} - 1) + 2;$$

vbi ſubſtituto valore ipſius M prodit

$$\mathfrak{D} = \frac{\frac{2\mathfrak{M}\mathfrak{C}}{S} + 2\mathfrak{C}(\zeta - 1) - 2(\zeta - \eta)}{\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - \zeta + \eta}$$

qui valor, cum ſit $\mathfrak{M}$ numerus praemagnus, erit proxime $\mathfrak{D} = \frac{2}{S}$; hincque adcuratius

$$\mathfrak{D} = \frac{2}{S} + \frac{\frac{2}{S}(\zeta - \eta - \mathfrak{C}(\zeta - 1)) + 2\mathfrak{C}(\zeta - 1) - 2(\zeta - \eta)}{\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - \zeta + \eta}$$

ſiue

$$\mathfrak{D} = \frac{2}{S} + \frac{2(\frac{1}{S} - 1)(\zeta - \eta - \mathfrak{C}(\zeta - 1))}{\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - \zeta + \eta}$$

vel

$$\mathfrak{D} = \frac{2}{S} - \frac{2(\frac{1}{S} - 1)(\mathfrak{C}(\zeta - 1) - \zeta + \eta)}{\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - \zeta + \eta}$$

vnde ſaltem patet, certe fore $\mathfrak{D} > 1$. ideoque D ne-

gati-

gatiuum, vt supra iam notauimus. Iam prouti fuerit P siue > 1 siue < 1, capi debebit vel $A > 0$ vel $A < 0$; ita, vt nunc omnia elementa sint determinata; habebuntur enim distantiae focales

$$p = \mathfrak{A}\,a;\; q = -\frac{A\mathfrak{B}}{P}\,a;\; r = -\frac{AB\mathfrak{C}}{Pk}\cdot a;$$

$$s = -\frac{ABC\mathfrak{D}}{Pkk'}\cdot a \text{ et } t = \frac{ABCD\cdot a}{\mathfrak{m}};$$

deinde interualla

$$I^{mum} = A\,a\left(1 + \frac{1}{P}\right);$$

$$II^{dum} = -\frac{AB\cdot a}{P}\left(1 + \frac{1}{k}\right);$$

$$III^{tium} = -\frac{ABC\cdot a}{Pk}\left(1 + \frac{1}{k'}\right);$$

$$IV^{tum} = -\frac{ABCD}{Pkk'}\cdot a\left(1 - \frac{1}{S}\right);$$

tum vero erit

$$M = 2 : \left(\mathfrak{M} + \zeta - 1 - \frac{(\zeta - \eta)}{\mathfrak{C}}\right) \text{ et } O = \frac{\mathfrak{t}}{\mathfrak{M}\,M}$$

et apertura primae lentis ex aequatione notissima $\frac{1}{k^3} = \ldots$ definietur.

Coroll. I.

251. Conditio, quam inuenimus $\zeta > \eta$ hic plus non inuoluit, quam ne ζ minus, quam η, accipiatur. Nihil ergo impedit, quominus statuamus $\zeta = \eta$, etsi enim hic valor campum aliquantillum diminuit; tamen is adhuc satis prodit notabilis. Tum autem fiet $\mathfrak{t} = 0$, sicque tertia lens quam minimam requiret aperturam, ita, vt simul officium diaphragmatis angustissimi praestet

 Coroll.

Coroll. 2.

252. Quodſi vero ſtatuamus $\zeta = \eta$; ſufficit capere $\mathfrak{C}$ intra limites o et 1. vnde ſimul C fit poſitiuum. Tum vero capiatur

$$k = \frac{(\eta - 1)(1 + S)(\mathfrak{M} + \eta - 1)}{2 \mathfrak{M} \eta}$$

ex quo habebitur

$$P = \frac{2 \mathfrak{M} \eta}{(1 + S)(\mathfrak{M} + \eta - 1)};$$

ita, vt pro maioribus multiplicationibus ſit proxime

$$k = \frac{(\eta - 1)(1 + S)}{2 \eta} \text{ et } P = \frac{2 \eta}{1 + S};$$

vnde patet, eſſe $P > 1$ ideoque A poſitiuum. Tum vero erit porro $\mathfrak{B} = -\frac{(P - 1)}{\eta}$, ita, vt ſit tam $\mathfrak{B} < o$, quam $B < o$. Denique hoc caſu fiet

$$\mathfrak{D} = \frac{2 \mathfrak{M} + 2 S (\eta - 1)}{S (\mathfrak{M} + \eta - 1)} \text{ hincque } D = -\frac{2 \mathfrak{M} - 2 S (\eta - 1)}{\mathfrak{M} (2 - S) + S (\eta - 1)}$$

atque $M = \frac{2}{\mathfrak{M} + \eta - 1}$.

Scholion.

253. Praeterquam quod hic caſus $\zeta = \eta$ ad praxin inprimis eſt accommodatus, etiam hanc praerogatiuam complectitur, vt a littera $\mathfrak{C}$ reliqua elementa prorſus non pendeant, ita, vt quomodocunque $\mathfrak{C}$ accipiamus intra limites ſcilicet o et 1, reliqua elementa nullam inde mutationem patiantur. Hoc autem modo facillime euitari poterit, ne lens obiectiva nimis fiat exigua, quod vero inſuper commodius per litteram A praeſtatur, niſi forte de teleſcopiis ſit

ſermo,

fermo, vbi $A\,a = p$; fuperfluum igitur foret hic alios cafus praeter iftum $\zeta = \eta$ euoluere, atque nunc inprimis operae pretium erit aliquot valores pro η confiderare, vt inde intelligere queamus, quinam inde ad praxin maxime futuri fint idonei. Pro littera vero S, quam vnitate minorem effe debere vidimus, ftatuamus femper $S = \frac{1}{2}$, quia hinc fatis idoneum intervallum inter binas lentes poftremas oritur. Tum autem noftrae conditiones fequenti modo exprimentur:

1°. $k = \frac{3(\eta - 1)(\mathfrak{M} + \eta - 1)}{4\mathfrak{M}\eta}$

2°. $P = \frac{4\mathfrak{M}\eta}{3(\mathfrak{M} + \eta - 1)}$

3°. $\mathfrak{B} = -\frac{(4\eta - 3)\mathfrak{M} + 3(\eta - 1)}{3\eta(\mathfrak{M} + \eta - 1)}$

4°. $\mathfrak{C}$, vt iam notauimus, arbitrio noftro permittitur, dummodo fit intra 0 et 1.

5°. $\mathfrak{D} = \frac{4\mathfrak{M} + 2(\eta - 1)}{\mathfrak{M} + \eta - 1}$ et $D = -\frac{4\mathfrak{M} - 2(\eta - 1)}{3\mathfrak{M} + \eta - 1}$

Hinc itaque diftantiae focales erunt

$p = \mathfrak{A}\,a$;

$q = -\frac{A\mathfrak{B}}{P}.\,a = \frac{(4\eta - 3)\mathfrak{M} - 3(\eta - 1)}{4\mathfrak{M}\eta}.\,A\,a.$

$r = -\frac{B\mathfrak{C}}{Pk}.\,A\,a = -\frac{B\mathfrak{C}}{\eta - 1}.\,A\,a$;

$s = -\frac{BC\mathfrak{D}}{2\mathfrak{M}}.\,A\,a.$ et $t = \frac{BCD}{\mathfrak{M}}.\,A\,a.$

Deinde lentium interualla

$\mathrm{I}^{mum} = A\,a\left(1 - \frac{1}{P}\right) = \frac{(4\eta - 3)\mathfrak{M} - 3(\eta - 1)}{4\mathfrak{M}\eta}.\,A\,a.$

$\mathrm{II}^{dum} = -B\left(\frac{\mathfrak{M}(7\eta - 3) + 3\eta(\eta - 2) + 3}{4\mathfrak{M}\eta(\eta - 1)}\right)A\,a.$

$III^{tium} = - B C \left(\frac{\eta}{\eta - 1} + \frac{1}{2 \mathfrak{M}} \right) A a.$

$IV^{tum} = \frac{B C D}{2 \mathfrak{M}} . A a.$

Deinde ob

$M = \frac{2}{\mathfrak{M} + \eta - 1}$, erit $Q = \frac{1}{2} t \left(1 + \frac{\eta - 1}{\mathfrak{M}} \right)$.

Pro prima lente ſemidiameter aperturae erit $= x$ ex aequatione notiſſima definiendus; pro ſecunda autem ob $\omega = \frac{2 \eta}{\mathfrak{M} + \eta - 1}$ erit ſemidiameter aperturae $= \frac{\eta}{2 (\mathfrak{M} + \eta - 1)} q + \frac{x}{P}$ et ob $r = 0$ ſemidiameter aperturae tertiae lentis $= \frac{x}{Pk} = \frac{x}{\eta - 1}$; duabus autem reliquis lentibus apertura maxima tribuitur.

Exempl. I.

254. Sumamus $\eta = 2$ eritque $k = \frac{3 (\mathfrak{M} + 1)}{8 \mathfrak{M}}$ et quia tantum de maioribus multiplicationibus agitur, ſumi poterit $k = \frac{3}{8}$ hinc $P = \frac{8 \mathfrak{M}}{3 (\mathfrak{M} + 1)} = \frac{8}{3}$ proxime. Porro

$\mathfrak{B} = - \frac{5}{6}$ et $B = - \frac{5}{11}$;

$\mathfrak{D} = 4$ et $D = - \frac{4}{3}$;

vnde diſtantiae focales erunt

$p = \mathfrak{A} a$; $q = \frac{5}{16} A a$;

$r = \frac{5}{11} . \mathfrak{C} . A a$; $s = \frac{10}{11} . \frac{C}{\mathfrak{M}} A a$.

$t = \frac{20}{33} . \frac{C}{\mathfrak{M}} . A a$.

et lentium interualla

$1^{mum} = \frac{5}{8} A a$.

2^{dum}

$2^{dum} = \frac{5}{11} \cdot A\, a.$

$3^{tium} = \frac{5}{11} \cdot C \left(1 + \frac{1}{2\mathfrak{M}}\right) A\, a.$

$4^{tum} = \frac{10}{33} \cdot \frac{C}{\mathfrak{M}} \cdot A\, a.$ et

$M = \frac{2}{\mathfrak{M}+1}$; hinc $z = \frac{1}{2} \cdot \frac{a}{\mathfrak{M}+1}$ et

$O = \frac{1}{2} t \left(1 + \frac{1}{\mathfrak{M}}\right);$

tum vero ſemidiameter aperturae lentis

$2^{dae} = \frac{q}{\mathfrak{M}+1} + \frac{5}{8} x$ et $3^{tiae} = x.$

Pro x autem inueniendo ſatisfiat huic aequationi:

$$\frac{z^3}{k^3} = \frac{\mu \mathfrak{M} x^3}{\mathfrak{A}^3 a^3} \begin{cases} \lambda + \nu \mathfrak{A} (1 - \mathfrak{A}) \\ - \frac{(1-\mathfrak{A})^3}{\mathfrak{B}^3 P} (\lambda' + \nu \mathfrak{B} (1 - \mathfrak{B})) \\ + \frac{(1-\mathfrak{A})^3}{B^3 \mathfrak{C}^3 Pk} (\lambda'' + \nu \mathfrak{C} (1 - \mathfrak{C})) \\ - \frac{(1-\mathfrak{A})^3}{B^3 C^3 \mathfrak{D}^3 Pkk'} (\lambda''' + \nu \mathfrak{D} (1 - \mathfrak{D})) \\ + \frac{(1-\mathfrak{A})^3}{B^3 C^3 D^3} \cdot \lambda'''' \end{cases}$$

quae aequatio commodius ita repraeſentabitur:

$$\frac{z^3}{k^3} = \mu \mathfrak{M} x^3 \begin{cases} \frac{\lambda + \nu \mathfrak{A} (1 - \mathfrak{A})}{p^3} \\ - \frac{1}{P^3 q^3} (\lambda' + \nu \mathfrak{B} (1 - \mathfrak{B})) \\ + \frac{1}{(Pk)^3 r^3} (\lambda'' + \nu \mathfrak{C} (1 - \mathfrak{C})) \\ - \frac{1}{(Pkk')^3 s^3} (\lambda''' + \nu \mathfrak{D} (1 - \mathfrak{D})) \\ + \frac{\lambda''''}{(Pkk'S)^3 \cdot t^3} \end{cases}$$

Coroll.

Coroll.

255. Si haec ad telescopia transferantur ponendo $\mathfrak{A}a = Aa = p$ et $\mathfrak{M} = m$, fient distantiae focales

$$q = \tfrac{5}{16} \cdot p;\ r = \tfrac{5}{11}\mathfrak{C}.\, p;$$
$$s = \tfrac{10}{11} \cdot \tfrac{C}{\mathfrak{M}} \cdot p. \text{ et } t = \tfrac{20}{11} \cdot \tfrac{C}{\mathfrak{M}} \cdot p.$$

interualla

$$1^{mum} = \tfrac{5}{8}p;$$
$$2^{dum} = \tfrac{5}{11}p;$$
$$3^{tium} = \tfrac{5}{11}C(1 + \tfrac{1}{2\mathfrak{M}})p \text{ et}$$
$$4^{tum} = \tfrac{10}{11} \cdot \tfrac{C}{\mathfrak{M}} \cdot p.$$

et semidiameter campi $\Phi = \frac{1718}{\mathfrak{M}+1}$ min. Longitudo ergo erit propemodum $= \frac{95}{88}p + \frac{5}{11}C.\,p$. Nunc autem p ex aequatione ante data definiri poterit, vbi erit $\mathfrak{A} = 0$ ob $a = \infty$.

Exemplum II.

256. Sit nunc $\eta = 3$ erit

$$k = \tfrac{\mathfrak{M}+2}{2\mathfrak{M}}, \text{ sumi ergo poterit } k = \tfrac{1}{2}$$
$$P = \tfrac{4\mathfrak{M}}{\mathfrak{M}+2} = 4$$
$$\mathfrak{B} = -\tfrac{3\mathfrak{M}+2}{3(\mathfrak{M}+2)} = -1; \text{ ergo } B = -\tfrac{1}{2}$$
$$\mathfrak{D} = \tfrac{4\mathfrak{M}+4}{\mathfrak{M}+2} = 4; \text{ ergo } D = -\tfrac{4}{3}.$$

Hinc ergo fient distantiae focales

$$p = \mathfrak{A}a;\ q = \tfrac{1}{2}Aa;\ r = \tfrac{1}{4}\mathfrak{C}.\,Aa;$$

s =

$s = \frac{C}{\mathfrak{M}} . A a.$ et $t = \frac{2}{3} . \frac{C}{\mathfrak{M}} . A a.$

et lentium interualla

$1^{mum} = \frac{3}{4} . A a.$

$2^{dum} = \frac{3}{8} A a.$

$3^{tium} = \frac{1}{4} C (1 + \frac{2}{\mathfrak{M}}) A a.$

$4^{tum} = \frac{1}{3} \frac{C}{\mathfrak{M}} . A a.$

hinc porro erit

$M = \frac{2}{\mathfrak{M} + 2}$ hinc $x = \frac{1}{2} . \frac{q}{\mathfrak{M} + 2}$ et

$O = \frac{1}{2} t (1 + \frac{2}{\mathfrak{M}})$

tum vero femidiameter aperturae lentis

$2^{dae} = \frac{3 q}{2 (\mathfrak{M} + 2)} + \frac{1}{4} x;$ et $3^{tiae} = \frac{1}{2} . x.$

Cetera fe habent, vt ante.

Coroll.

257. Facta applicatione ad telefcopia, vbi fit $A a = p$ omnia elementa facile determinantur, vt ante; tum vero longitudo inftrumenti omiffis partibus per $\mathfrak{M}$ diuifis erit $= \frac{9}{8} p + \frac{1}{4} C . p$, quae minor eft, quam cafu praecedente.

Exemplum III.

258. Statuamus $\eta = 6$, vt fiat $M = \frac{2}{\mathfrak{M} + 5}$ eritque

$k = \frac{5 (\mathfrak{M} + 5)}{8 \mathfrak{M}} = \frac{5}{8}$ proxime.

$P = 8. \quad \mathfrak{B} = \frac{-7\mathfrak{M}+5}{6(\mathfrak{M}+5)} = -\frac{7}{6}$ proxime

vnde fit

$B = -\frac{7}{13}; \; \mathfrak{D} = 4$ et $D = -\frac{4}{3}$.

vnde diſtantiae focales prodibunt

$p = \mathfrak{A}\,a; \; q = \frac{7}{48}.\, A\,a; \; r = \frac{7}{65}\,\mathfrak{C}.\, A\,a;$

$s = \frac{14}{13}.\, \frac{C}{\mathfrak{M}}.\, A\,a; \; t = \frac{28}{39}\,\frac{C}{\mathfrak{M}}.\, A\,a.$

et lentium interualla

$1^{mum} = \frac{7}{8}.\, A\,a.$

$2^{dum} = \frac{7}{40}\, A\,a.$

$3^{tium} = \frac{7}{13}\, C.\, (\frac{1}{5} + \frac{1}{2\mathfrak{M}})\, A\,a.$

$4^{tum} = \frac{14}{39}\, \frac{C}{\mathfrak{M}}.\, A\,a.$

Praeterea

$z = \frac{1}{2}.\, \frac{a}{\mathfrak{M}+5}$ et $O = \frac{1}{2}\, t\, (1 + \frac{5}{\mathfrak{M}})$.

tum vero ſemidiameter aperturae lentis

$2^{dae} = \frac{3q}{\mathfrak{M}+5} + \frac{1}{8}\, x$ et $3^{tiae} = \frac{1}{5}\, x$.

Coroll.

259. Translatione igitur ad teleſcopia facta prodiret hoc caſu eorum longitudo $= \frac{2}{25}\, p + \frac{7}{65}\, C.\, p.$ quae longitudo ſatis eſt exigua, vt etiam in aliis generibus vix minor ſperari queat.

Scho-

Scholion.

260. Etsi iste casus $\zeta = \eta$ in praxi summum vsum praestare videtur, tamen etiam considerari conueniet quempiam casum, quo $\zeta > \eta$, quandoquidem hoc modo campo quodpiam augmentum affertur. Manente autem $S = \frac{1}{2}$, alter limes pro ζ erat $\zeta < \eta + \frac{3(\eta - 1)}{4}$ siue $\zeta < \frac{7}{4}\eta - \frac{3}{4}$. Huic autem limiti ipsi aequari nequit, quia alioquin $\mathfrak{C}$ deberet esse $= 1$ hincque $C = \infty$. Sumamus igitur

$$\zeta = \eta + \tfrac{2}{4}(\eta -) = \tfrac{3}{2}\eta - \tfrac{1}{2}$$

ac reperietur $\mathfrak{C} > \frac{2}{3}$ et $\mathfrak{C} < 1$. Sumatur igitur $\mathfrak{C} = \frac{3}{4}$ vt fiat $C = 3$. hincque fiet

$$k = \frac{(\eta - 1)(2\mathfrak{M} + 15(\eta - 1))}{12\mathfrak{M}(3\eta - 1)} \text{ et } P = \frac{12\mathfrak{M}(3\eta - 1)}{2\mathfrak{M} + 15(\eta - 1)}$$

hincque porro

$$\mathfrak{B} = -\frac{4\mathfrak{M}(18\eta - 7) + 30(\eta - 1)}{(3\eta - 1)(2\mathfrak{M} + 15(\eta - 1))} \text{ et}$$

$$\mathfrak{D} = \frac{24\mathfrak{M} + 10(\eta - 1)}{6\mathfrak{M} + 5(\eta - 1)} \text{ seu proxime } \mathfrak{D} = 4.$$

Tum vero prodibit

$$M = \frac{12}{6\mathfrak{M} + 5(\eta - 1)} = \frac{2}{\mathfrak{M} + \frac{5}{6}(\eta - 1)},$$

cum antea fuisset $M = \frac{2}{\mathfrak{M} + \eta - 1}$. Quodsi iam sumamus, vt in exemplo 2^{do}, $\eta = 3$ fient haec elementa

$$k = \frac{\mathfrak{M} + 15}{24\mathfrak{M}} \text{ et } P = \frac{48\mathfrak{M}}{\mathfrak{M} + 15} \text{ hinc}$$

$$\mathfrak{B} = \frac{-47\mathfrak{M} + 15}{4(\mathfrak{M} + 15)}; \quad B = \frac{-47\mathfrak{M} + 15}{51\mathfrak{M} + 45}$$

 tum

tum

$$\mathfrak{C} = \tfrac{3}{4};\ C = 3;\ \mathfrak{D} = 4\ \text{et}\ D = -\tfrac{4}{3};$$

vnde ſingula momenta pro conſtructione definiri poſſunt. Quia vero hic tanti occurrunt numeri, quos prae $\mathfrak{M}$ negligere non amplius licet; in adplicatione ad exempla ſtatim quoque pro $\mathfrak{M}$ determinatum valorem aſſumi conueniet. Praeterea vero hic ad ſpecialiora non progredimur, quia adhuc lente obiectiua ſimplice vtimur, ita, vt confuſio aliter tolli nequeat, niſi aperturam lentis obiectiuae diminuendo; quod remedium cum praxis ſponte offerat, non opus erit, litteram x. moleſto illo calculo definire, ſiquis enim microſcopium ſecundum huiusmodi menſuras conſtruxerit, ipſe vſus aperturam declarabit; quando autem in ſequente capite per multiplicationem lentis obiectiuae omnem confuſionem ad nihilum redigemus, tum demum neceſſe erit completas determinationes pro ſingulis momentis, vti hactenus fecimus, exhibere.

Problema 2.

261. Microſcopium huius generis ex quinque lentibus conſtruere, quae ita ſint diſpoſitae, vt prior imago realis in interuallum ſecundum, poſterior vero in interuallum quartum incidat.

Solutio.

Quatuor ergo litterarum P, Q, R, S ſecunda et quarta erunt negatiuae; vnde ponatur $Q = -k$ et

S =

$S = -k'$, vt fit $PkRk' = \frac{ma}{b} = \mathfrak{M}$, hinc erit vltimae lentis diſtantia focalis

$$t = \frac{ABCD}{PkRk'} a = \frac{ABCD}{\mathfrak{M}} \cdot a,$$

quae debet eſſe poſitiua aeque ac lentium interualla, quae ſunt

$$1^{mum} = A a (1 - \tfrac{1}{P});$$

$$2^{dum} = -\frac{AB'}{P} \cdot a (1 + \tfrac{1}{k});$$

$$3^{tium} = -\frac{ABC}{Pk} a (1 - \tfrac{1}{R});$$

$$4^{tum} = +\frac{ABCD}{PkR} a (1 + \tfrac{1}{k'});$$

ergo vt tam vltima lens, quam vltimum interuallum, fiant poſitiua, debet eſſe $ABCD > 0$. Hinc vt tertium quoque fiat poſitiuum, debet eſſe

$$-D (1 - \tfrac{1}{R}) > 0.$$

ſicque circa D nihil definitur. Ob ſecundum autem interuallum debet eſſe $-AB > 0$ et ob primum $A (1 - \frac{1}{P}) > 0$. Tum ergo debebit eſſe $CD < 0$. Statuatur nunc $M = \frac{\mathfrak{q} + \mathfrak{r} + \mathfrak{s} + \mathfrak{t}}{\mathfrak{M} - 1}$ et quia campus maximus deſideratur, ſtatim ſumi poterit $\mathfrak{s} = 1$ et $\mathfrak{t} = 1$, vt fiat $M = \frac{\mathfrak{q} + \mathfrak{r} + 2}{\mathfrak{M} - 1}$ hincque diſtantia oculi $O = \frac{t}{M \mathfrak{M} \mathfrak{r}}$ quae cum ſit poſitiua, deſtructio marginis praebet:

$$0 = \frac{\mathfrak{q}}{P} - \frac{\mathfrak{r}}{Pk} - \frac{1}{PkR} + \frac{1}{PkRk'}$$

vnde colligitur

$$\frac{1}{k'} = -\mathfrak{q} k R + \mathfrak{r} R + 1$$

 hinc

hinc erit

$$P k R = \mathfrak{M} (1 + \mathfrak{r} R - \mathfrak{q} k R)$$

sicque patet esse $1 + \mathfrak{r} R > \mathfrak{q} k R$. Praeterea vero considerare debemus sequentes aequationes:

$$1.\ \mathfrak{B} \mathfrak{q} = (P - 1) M$$

$$2.\ \mathfrak{C} \mathfrak{r} = -(1 + P k) M - \mathfrak{q}$$

$$3.\ \mathfrak{D} = -(1 + P k R) M - \mathfrak{q} - \mathfrak{r}$$

Ponatur hic, vt ante, breuitatis gratia

$$\frac{1 - P}{\mathfrak{B}} = \zeta \text{ et } 1 + P k = \eta, \text{ fietque}$$

$$\mathfrak{q} = -\zeta M \text{ et } \mathfrak{r} = \frac{(\zeta - \eta) M}{\mathfrak{C}}$$

vnde colligitur

$$2 + \mathfrak{q} + \mathfrak{r} = \frac{2\mathfrak{C} + (\zeta(1 - \mathfrak{C}) - \eta) M}{\mathfrak{C}} = (\mathfrak{M} - 1) M;$$

ex qua aequatione deducitur

$$M = \frac{2\mathfrak{C}}{\mathfrak{C}(\mathfrak{M} - 1) - \zeta(1 - \mathfrak{C}) + \eta} = \frac{2\mathfrak{C}}{\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - \zeta + \eta}$$

ex quo valore viciffim erit

$$\mathfrak{q} = -\frac{2\zeta\mathfrak{C}}{\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - \zeta + \eta} \text{ et}$$

$$\mathfrak{r} = \frac{2(\zeta - \eta)}{\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - \zeta + \eta}.$$

Nunc vt marginis colorati rationem habeamus, erit statim

$$1 + \mathfrak{r} R - \mathfrak{q} k R = \frac{\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - \zeta + \eta + 2(\zeta - \eta) R + 2\zeta\mathfrak{C} k R}{\mathfrak{C}(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - \zeta + \eta}$$

Et cum ob

$$P k = \eta - 1 \text{ fit } P k R = (\eta - 1) R,$$

erit

erit

$$\mathfrak{C}(\eta-1)R(\mathfrak{M}+\zeta-1)-(\eta-1)(\zeta-\eta)R-\mathfrak{M}\mathfrak{C}(\mathfrak{M}+\zeta-1)$$
$$+\mathfrak{M}(\zeta-\eta)-2\mathfrak{M}(\zeta-\eta)R$$
$$-2\mathfrak{M}\zeta\mathfrak{C}kR=0.$$

Ante quam autem hinc vel k vel R determinemus, confiderare debemus rationem litterae $\mathfrak{D}$ ex fuperiori tertia aequatione; cum igitur PkR fit fine dubio numerus magnus inuoluens $\mathfrak{M}$, facile intelligitur litteram $\mathfrak{D}$ effe negatiuam; vnde etiam erit D negatiuum, adeoque concludimus fore $C>0$, hincque $\mathfrak{C}<1$ Ob eandem vero rationem debebit effe $R>1$; ita, vt haec littera aliquatenus tanquam nota fpectari poffit; quare ex illa aequatione colligimus

$$k=\left\{\begin{array}{l}\mathfrak{C}(\eta-1)R(\mathfrak{M}+\zeta-1)-(\eta-1)(\zeta-\eta)R\\ -\mathfrak{M}\mathfrak{C}(\mathfrak{M}+\zeta-1)+\mathfrak{M}(\zeta-\eta)\\ -2\mathfrak{M}(\zeta-\eta)R\end{array}\right\}:2\mathfrak{M}\zeta\mathfrak{C}R$$

hincque $P=\frac{(\eta-1)}{k}$; ita, vt fit $\eta>1$. Quare vt valor ipfius k fiat pofitiuus, debet effe

$$R(\mathfrak{C}(\eta-1)(\mathfrak{M}+\zeta-1)-(\eta-1)(\zeta-\eta)-2\mathfrak{M}(\zeta-\eta))$$
$$>\mathfrak{M}(\mathfrak{C}\mathfrak{M}+\mathfrak{C}(\zeta-1)-\zeta+\eta)$$

ad quod primo requiritur, vt quantitas litteram R multiplicans fit pofitiua, et quia $\mathfrak{M}$ eft numerus praemagnus, ipfius coefficiens ante omnia debet effe pofitiuus, vnde colligimus $\mathfrak{C}(\eta-)>2(\zeta-\eta)$ vnde con-

concluditur $\mathfrak{C} > \frac{2(\zeta - \eta)}{\eta - 1}$; quia igitur $\mathfrak{C} < 1$, erit

$$2(\zeta - \eta) < \eta - 1;\ \text{sicque}\ \zeta < \frac{3\eta - 1}{2}.$$

Qua conditione impleta debet esse

$$R > \frac{\mathfrak{M}(\mathfrak{C}\mathfrak{M} + \mathfrak{C}(\zeta - 1) - \zeta + \eta)}{\mathfrak{C}(\eta - 1)(\mathfrak{M} + \zeta - 1) - 2\mathfrak{M}(\zeta - \eta) - (\eta - 1)(\zeta - \eta)}$$

atque hinc retrogrediendo omnia elementa determi- nabuntur. Reliqua vero expediuntur, vt in praecedente problemate.

Coroll.

262. Hic igitur littera R denotabit numerum magnum $\mathfrak{M}$ inuoluentem; deinde conditio $\zeta < \frac{3\eta - 1}{2}$ instituto nostro maxime fauet, cum campi conditio inprimis postulet, ne ζ vltra necessitatem augeatur. Quare cum semper sit $\eta > 1$; commodissime videtur statui posse $\zeta = \eta$, vti in praecedante problemate; ita, vt tertiae lentis apertura iterum fiat minima prodeatque

$$M = \frac{2\mathfrak{C}}{\mathfrak{C}\mathfrak{M} + \mathfrak{C}\eta - \mathfrak{C}} = \frac{2}{\mathfrak{M} + \eta - 1}.$$

Coroll. 2.

263. Sumto autem $\zeta = \eta$, pro $\mathfrak{C}$ limites erunt $\mathfrak{C} < 1$ et $\mathfrak{C} > 0$. Porro capi debet $R > \frac{\mathfrak{M}}{\eta - 1}$; indeque fiet

$$k = \frac{((\eta - 1)R - \mathfrak{M})(\mathfrak{M} + \eta - 1)}{2\mathfrak{M}\eta R} \quad \text{et} \quad P = \frac{2\mathfrak{M}\eta(\eta - 1)R}{((\eta - 1)R - \mathfrak{M})(\mathfrak{M} + \eta - 1)}$$

Prae-

Praeterea vero erit

$$\mathfrak{B} = -\frac{(\eta-1)R((2\eta-1)\mathfrak{M}-\eta+1)-\mathfrak{M}(\mathfrak{M}+\eta-1)}{\eta((\eta-1)R-\mathfrak{M})(\mathfrak{M}+\eta-1)}$$

Denique vero reperietur

$$\mathfrak{D} = -\frac{2(1+(\eta-1)R-\eta)}{\mathfrak{M}+\eta-1}$$

siue cum $\mathfrak{M}$ et R sint numeri praemagni, erit proxime $\mathfrak{D} = -\frac{2(\eta-1)R}{\mathfrak{M}}$, qui valor certo est negatiuus, vt supra iam posuimus.

Coroll. 3.

264. Quin etiam statui poterit $\zeta = 0$; vnde pro $\mathfrak{C}$ limites erunt $\mathfrak{C} < 1$ et $\mathfrak{C} > -\frac{2\eta}{\eta-1}$; cui satisfit, dummodo $\mathfrak{C}$ intra limites 1 et 0 contineatur. Tum vero sumi debebit

$$R > \frac{\mathfrak{M}(\mathfrak{C}\mathfrak{M}-\mathfrak{C}+\eta)}{\mathfrak{C}(\eta-1)(\mathfrak{M}-1)+2\mathfrak{M}\eta+\eta(\eta-1)}$$

siue ob $\mathfrak{M}$ numerum praemagnum $R > \frac{\mathfrak{C}\mathfrak{M}}{\mathfrak{C}(\eta-1)+2\eta}$ Verum hinc sequitur porro $k = \infty$ et $P = 0$. ita, vt sit $Pk = \eta - 1$. Praeterea vero prodit $\mathfrak{B} = \infty$ et $B = -1$. Denique vero ob

$$\mathfrak{q} = 0 \text{ et } \mathfrak{r} = -\frac{\eta M}{\mathfrak{C}} \text{ erit}$$

$$\mathfrak{D} = -(1+(\eta-1)R-\frac{\eta}{\mathfrak{C}})M$$

ideoque ob $M = \frac{2\mathfrak{C}}{\mathfrak{C}(\mathfrak{M}-1)+\eta}$, qui valor ipſius M aliquanto minor eſt, quam caſu praecedente, fiet $\mathfrak{D} = -\frac{2(\eta-1)R}{\mathfrak{M}}$.

Scholion.

265. Quantumuis hic caſus paradoxus videatur, cum ob $\mathfrak{B} = \infty$ tum vero ob $P = 0$, tamen reuera eſt realis et ad caſum in praecedente capite expoſitum reducitur, quia enim $\mathfrak{B} = \infty$; ſecundae lentis diſtantia focalis eſt infinita, ſicque res eodem redit ac ſi ſecunda lens plane abeſſet, ita, vt non amplius quaeſtio ſit de eius loco, quare etſi primum interuallum prodeat $= Aa(1 - \frac{1}{P}) = -\infty$, et ſecundum

$$Aa\left(\frac{1}{P} + \frac{1}{\eta-1}\right) = +\infty,$$

tamen horum ſumma, quae ſola nunc eſt ſpectanda, fit finita

$$= Aa\left(1 + \frac{1}{\eta-1}\right) = \frac{\eta}{\eta-1} \cdot Aa.$$

Cum igitur tantum quatuor lentes hic habeantur, hic caſus ad praecedens caput eſt referendus. Interim tamen hinc incommodum naſci debebit, quando ζ prope ad 0 accedit, quia tum P etiam erit vnitate minus, ita, vt A debeat eſſe numerus negatiuus et $B > 0$. Cum autem ſit $\mathfrak{B} = \frac{1-P}{\zeta}$, erit quidem $\mathfrak{B} > 0$, verum inſuper neceſſe eſt, vt ſit $1 - P < \zeta$, vel $P > 1 - \zeta$, ſiue P contineri debebit intra limites 1 et $1 - \zeta$ ſeu eſſe debet $k < \frac{\eta-1}{1-\zeta}$, quare cum $\mathfrak{M}$

et

et R ſint numeri praemagni, debebit eſſe

$$R\left(\frac{\mathfrak{C}(\eta-1)(1-3\zeta)}{1-\zeta}-2\right)<\mathfrak{C}\mathfrak{M}$$

quod ſponte euenit, ſi fuerit

$$\frac{\mathfrak{C}(\eta-1)(1-3\zeta)}{1-\zeta}<2 \text{ ſiue } \mathfrak{C}<\frac{2(1-\zeta)}{(\eta-1)(1-3\zeta)}.$$

Sin autem ſit

$$\frac{\mathfrak{C}(\eta-1)(1-3\zeta)}{1-\zeta}>2 \text{ debet eſſe } R<\frac{(1-\zeta)\mathfrak{C}\mathfrak{M}}{\mathfrak{C}(\eta-1)(1-3\zeta)-2(1-\zeta)}$$

quibus obſeruatis aliquot caſus fuſius euoluamus.

CASVS I.

quo $\zeta=\eta$.

266. Hoc caſu iam vidimus, lentem tertiam noſtro arbitrio relinqui, dummodo pro ea capiatur $\mathfrak{C}<1$ et $\mathfrak{C}>0$, vt C fiat numerus poſitiuus, vnde ſi circumſtantiae poſtulent, vt C ſit numerus ſatis magnus, tum $\mathfrak{C}$ parum ab vnitate deficere debebit; deinde etiam notauimus, capi debere $R>\frac{\mathfrak{M}}{\eta-1}$, vnde cum ſemper ſit $\eta>1$, ſi etiam fuerit >2, tunc commode ſumi poterit $R=\mathfrak{M}$. Notetur autem, litteram η non nimis magnam ſumi conuenire, quia pro campo ſit $M=\frac{2}{\mathfrak{M}+\eta-1}$. Deinde vero prodit

$$k=\frac{((\eta-1)R-\mathfrak{M})(\mathfrak{M}+\eta-1)}{2\mathfrak{M}\eta R}$$

quare pro maioribus multiplicationibus tuto ſumi poterit $k=\frac{(\eta-1)R-\mathfrak{M}}{2\eta R}$ vnde patet, litteram k eo fore minorem, quo minus R limitem praeſcriptum $\frac{\mathfrak{M}}{\eta-1}$

ſuperet; vnde fit

$$P = \frac{\eta - 1}{k} = \frac{2\eta(\eta - 1)k}{(\eta - 1)R - \mathfrak{M}}.$$

Pro reliquis elementis primo prodit

$$\mathfrak{B} = -\frac{(\eta - 1)R((2\eta - 1)\mathfrak{M} - \eta + 1) - \mathfrak{M}(\mathfrak{M} + \eta - 1)}{\eta((\eta - 1)R - \mathfrak{M})(\mathfrak{M} + \eta - 1)}$$

hincque proxime

$$\mathfrak{B} = -\frac{(\eta - 1)(2\eta - 1)R - \mathfrak{M}}{\eta(\eta - 1)R - \eta\mathfrak{M}}.$$

qui valor manifeſto eſt negatiuus, ex quo etiam B erit negatiuum. Deinde cum ſit $P > 1$; ob eandem rationem littera A debebit eſſe poſitiua; ex quo productum A B ob

$$B = -\frac{(\eta - 1)(2\eta - 1)R - \mathfrak{M}}{(\eta - 1)(3\eta - 1)R - (\eta - 1)\mathfrak{M}}$$

ſponte fit negatiuum, prorſus, vti conditiones praeſcriptae poſtulant. Denique vero reperitur

$$\mathfrak{D} = -\frac{2(1 + (\eta - 1)R - \eta)}{\mathfrak{M} + \eta - 1}$$

ideoque proxime

$$\mathfrak{D} = -\frac{2(\eta - 1)R}{\mathfrak{M}}; \text{ vnde fit } D = -\frac{2(\eta - 1)R}{\mathfrak{M} + 2(\eta - 1)R}.$$

His definitis erunt primo diſtantiae focales

$$p = \mathfrak{A}a.\ q = -\frac{A\mathfrak{B}}{P}a = \frac{(\eta - 1)(2\eta - 1)R + \mathfrak{M}}{2\eta^2(\eta - 1)R}.\ A\,a.$$

$$r = -\frac{AB\mathfrak{C}}{\eta - 1}.\ a;\ s = +\frac{ABC\mathfrak{D}}{(\eta - 1)R}.\ a.$$

$$\text{et } t = \frac{ABCD}{\mathfrak{M}}.\ a.$$

Deinde

Deinde vero interualla

$$I^{mum} = A\,a\left(1 - \frac{1}{P}\right);$$

$$II^{dum} = -A\,B.\,a\left(\frac{1}{P} + \frac{1}{\eta - 1}\right);$$

$$III^{tium} = -\frac{A\,B\,C\,a}{\eta - 1}\left(1 - \frac{1}{R}\right);$$

$$IV^{tum} = A\,B\,C\,D.\,a\left(\frac{1}{(\eta - 1)R} + \frac{1}{\mathfrak{M}}\right).$$

Distantia vero oculi fiet

$$O = \frac{t}{M\mathfrak{M}} = \frac{t}{2}.\frac{\mathfrak{M} + \eta - 1}{\mathfrak{M}} = \frac{1}{2}t\left(1 + \frac{\eta - 1}{\mathfrak{M}}\right) = \frac{1}{2}t \text{ proxime.}$$

Pro aperturis vero lentium primae quidem apertura tutissime per experientiam definitur; vnde reperitur littera x, ex eaque mensura claritatis $= \frac{20\,x}{\mathfrak{M}}$, si scilicet x in digitis exprimatur.

Pro secunda vero lente cum sit

$$q = -\eta\,M = -\frac{2\eta}{\mathfrak{M} + \eta - 1} = -\frac{2\eta}{\mathfrak{M}},$$

erit eius aperturae semidiameter

$$= \frac{1}{4}q\,q + \frac{x}{P} = -\frac{1}{2}.\frac{\eta}{\mathfrak{M}}.q + \frac{x}{P}.$$

Pro tertia vero lente ob $r = 0$ sufficit aperturae semidiameter $= \frac{x}{\eta - 1}$; reliquas vero lentes vtrinque aeque conuexas confici conuenit.

Coroll.

267. Si sumatur $R = \frac{\mathfrak{M}}{\eta - 1}$, vt fiat $k = 0$ et $P = \infty$, existente $P\,k = \eta - 1$; tum fiet $\mathfrak{B} = -\frac{P}{\eta} = \infty$ et

et $B = -1$. Tum igitur secunda lens in ipsam imaginem realem priorem incidet ob primum intervallum $= Aa = \alpha$, eiusque distantia focalis erit $q = \frac{Aa}{\eta}$. At vero secundum interuallum hoc casu euadet $= -\frac{ABa}{\eta-1} = \frac{Aa}{\eta-1}$. Reliqua vero definiuntur, vt in genere, si modo notetur, fore $\mathfrak{D} = -2$. et $D = -\frac{2}{3}$.

Exempl. I.

Ponamus $\eta = 2$ et capi debebit $R > \mathfrak{M}$. Nihil vero impedit, quominus secundum praecedens Coroll. sumamus $R = \mathfrak{M}$ ita, vt tum fiat $k = 0$ et $P = \infty$ quare primo distantiae focales ita exprimentur

$$p = \mathfrak{A}a;\ q = \frac{Aa}{2};$$

$$r = A\,\mathfrak{C}.\,a;\ s = \frac{2\,A\,C.}{\mathfrak{M}}.\,a;$$

$$\text{et } t = \tfrac{2}{3}.\,\frac{C}{\mathfrak{M}}.\,A\,a. = \tfrac{1}{3}\,s.$$

Deinde interualla ita se habebunt:

$$1^{mum} = A\,a;\ 2^{dum} = A\,a;$$

$$3^{tium} = C.\,(1 - \tfrac{1}{\mathfrak{M}})\,A\,a;$$

$$4^{tum} = \tfrac{4}{3}\,\frac{C}{\mathfrak{M}}.\,A\,a.$$

distantia vero oculi $= \frac{1}{2}\,t\,(1 + \frac{1}{\mathfrak{M}})$.

Pro valore ipsius x siue per experientiam siue per formulam notam definito, fiat secundae lentis semidiameter aperturae $= \frac{q}{\mathfrak{M}}. = \frac{1}{2}.\,\frac{Aa}{\mathfrak{M}}$ et tertiae lentis $= x$.

$= x.$ ſemidiameter ſpatii conſpicui erit $z = \frac{\alpha}{2\mathfrak{M}}$ et menſura claritatis $= \frac{20 \cdot x}{\mathfrak{M}}$.

Corollarium.

268. Hae formulae quoque ad teleſcopia accommodari poterunt, ſumendo $Aa = p$ et $\mathfrak{M} = m$. Tum vero ſumi debebit ipſa diſtantia focalis

$$p = m \sqrt[3]{\mu m \left(\lambda * + \frac{\lambda''}{\mathfrak{C}^3} + \frac{\nu}{C\mathfrak{C}}\right)}$$

omiſſis terminis ſequentibus per $\mathfrak{M}$ diuiſis.

Exempl. II.

269. Sit nunc $\eta = 3$, vt eſſe debeat $R > \frac{\mathfrak{M}}{2}$ ſumaturque $R = \mathfrak{M}$, vnde fiet $k = \frac{1}{6}$ et $P = 12$; quare reliqua elementa fient $\mathfrak{B} = -\frac{11}{3}$; hincque $B = -\frac{11}{14}$ et $\mathfrak{D} = -4$ et $D = -\frac{4}{5}$ vnde diſtantiae focales euadent

$$p = \mathfrak{A}\, a;\ q = \frac{11}{36} A a.$$
$$r = \frac{11}{28} \mathfrak{C}. A a.\ s = \frac{11}{7}. \frac{C}{\mathfrak{M}}. A a. \text{ et}$$
$$t = \frac{22}{35} C. A a. = \frac{2}{5}. s$$

atque interualla lentium

$$1^{mum} = \frac{11}{12} A a;$$
$$2^{dum} = \frac{11}{84} A a;$$
$$3^{tium} = \frac{11}{28} C \left(1 - \frac{1}{\mathfrak{M}}\right) A a.$$
$$4^{tum} = \frac{11}{35}. \frac{C}{\mathfrak{M}}. A a.$$

oculi-

oculique diſtantia $O = \frac{1}{2} t (1 + \frac{2}{\mathfrak{M}})$, ſpatii vero in obiecto conſpicui erit ſemidiameter $z = \frac{a}{2.(\mathfrak{M}+2)}$. Definito x ſiue per experientiam ſiue per formulam notam erit ſemidiameter aperturae

ſecundae lentis $= \frac{3}{2} . \frac{q}{\mathfrak{M}} + \frac{x}{12}$ et tertiae $= \frac{x}{8}$.

et gradus claritatis $= \frac{20 x}{\mathfrak{M}}$.

Coroll.

270. Hae formulae etiam ad teleſcopia accommodari poſſunt; erit enim $A a = p$ et $\mathfrak{M} = m$. Tum vero lentis obiectiuae diſtantia focalis definitur per hanc formulam

$$p = m \sqrt[3]{\mu m \left(\lambda + \frac{1}{12}\left(\frac{3^3}{11^3} \lambda' - \frac{3.14\nu}{11^2}\right) + \frac{14^3}{11^3.2}\left(\frac{\lambda''}{\mathfrak{C}^3} + \frac{\nu}{C\mathfrak{C}}\right)\right)}$$

Longitudo huius teleſcopii erit circiter $= (\frac{11}{8} + \frac{11}{28} C) p$.

Exempl. III.

271. Sit nunc $\eta = 6$, vt eſſe debeat $R > \frac{\mathfrak{M}}{5}$ et ſumatur $R = \frac{\mathfrak{M}}{2}$ ac reperitur $k = \frac{1}{4}$ et $P = 20$. Hinc porro fiet $\mathfrak{B} = -\frac{19}{6}$ et $B = -\frac{19}{25}$. Tum vero $\mathfrak{D} = -5$. et $D = -\frac{5}{6}$. Diſtantiae ergo focales ita ſe habebunt:

$p = \mathfrak{A} a$; $q = \frac{19}{120} A a$;

$r = \frac{19}{125} \mathfrak{C}. A a$; $s = \frac{38}{25} \frac{C}{\mathfrak{M}} A a$. et

$t = \frac{19}{30} . \frac{C}{\mathfrak{M}} . A a$ ſeu $t = \frac{5}{12} . s$.

et

et interualla lentium

$1^{mum} = \frac{19}{20}. A\,a;$

$2^{dum} = \frac{19}{100} A\,a;$

$3^{tium} \frac{11}{125} C(1 - \frac{2}{\mathfrak{M}}) A\,a.$ et

$4^{tum} = \frac{133}{150}. \frac{C}{\mathfrak{M}}. A\,a.$

oculique diſtantia $O = \frac{1}{2} t (1 + \frac{5}{\mathfrak{M}})$.

Spatii conſpicui ſemidiameter $z = \frac{a}{2(\mathfrak{M}+5)}$.

Definito denique x, vt ante, erit ſemidiameter aperturae lentis

ſecundae $= \frac{5}{\mathfrak{M}} q + \frac{x}{20}$ et tertiae $= \frac{1}{5} x$;

gradus autem claritatis manet $= 20. \frac{x}{\mathfrak{M}}$.

Exempl. IV.

272. Sit vt ante $\eta = 6$, ſumatur vero $R = \mathfrak{M}$, ac reperitur $k = \frac{1}{5}$ et $P = 15$. Hinc porro fit

$\mathfrak{B} = -\frac{7}{3}$ et $B = -\frac{7}{10}$, at

$\mathfrak{D} = -10$ et $D = -\frac{10}{11}$.

Diſtantiae ergo focales erunt

$p = \mathfrak{A}\,a;\ q = \frac{7}{45} A\,a;$

$r = \frac{7}{50} \mathfrak{C}. A\,a;\ s = \frac{7}{5}. \frac{C}{\mathfrak{M}}. A\,a;$

$t = \frac{7}{11}. \frac{C}{\mathfrak{M}}. A\,a$ ſeu $t = \frac{5}{11} s$.

et lentium interualla

$1^{mum} = \frac{14}{15} \cdot \mathrm{A}\, a;$

$2^{dum} = \frac{14}{75} \cdot \mathrm{A}\, a;$

$3^{tium} = \frac{7}{50} \cdot \mathrm{C} \cdot (1 - \frac{1}{\mathfrak{M}}) \mathrm{A}\, a;$

$4^{tum} = \frac{42}{55} \cdot \frac{\mathrm{C}}{\mathfrak{M}} \cdot \mathrm{A}\, a.$

et diſtantia Oculi $= \frac{1}{2} t (1 + \frac{5}{\mathfrak{M}})$ pariter, ac reliqua momenta, ſe habet, vt ante.

Corollarium.

273. Si haec ad teleſcopia transferantur, ponendo $\mathrm{A}.a = p$ et $\mathfrak{M} = m$, caſus hic poſterior antecedenti praeferendus videtur, ſiquidem praebet longitudinem parumper minorem, quippe quae neglectis terminis per $\mathfrak{M}$ diuiſis erit $= (1 \frac{3}{25} + \frac{7}{50} \cdot \mathrm{C}) p$. cum ex exemplo praecedente fuerit $= (1 \frac{7}{50} + \frac{19}{125} \mathrm{C}) p$ Caſu ergo vltimi exempli lentis obiectiuae diſtantia focalis ita definietur, vt ſit

$$p = m \sqrt[3]{\mu m \left(\lambda + \frac{1}{15}\left(\frac{5^3}{7^3}\lambda' - \frac{30 \nu}{7^2}\right) - \frac{200}{343}\left(\frac{\lambda''}{\mathfrak{C}^3} + \frac{\nu}{\mathrm{C}\mathfrak{C}}\right)\right)}$$

CASVS II.

quo $\zeta = 1$.

274. Cum ſit $\zeta = 1$, limites pro $\mathfrak{C}$ erunt $\mathfrak{C} < 1$ et $\mathfrak{C} > -2$, ita, vt $\mathfrak{C}$ aeque arbitrio noſtro permittatur, ac ante. Tum vero eſſe debebit

$$\mathrm{R} > \frac{\mathfrak{M}(\mathfrak{C}\mathfrak{M} + \eta - 1)}{(\eta - 1)(\mathfrak{C}\mathfrak{M} + 2\mathfrak{M} + \eta - 1)}$$

ſeu

seu neglectis minoribus partibus $R > \frac{\mathfrak{C}\mathfrak{M}}{(\eta-1)(2+\mathfrak{C})}$. Statuatur ergo $R = i\mathfrak{M}$, sumendo scilicet $i > \frac{\mathfrak{C}}{(\eta-1)(2+\mathfrak{C})}$ Tum ergo fiet

$$k = \frac{\mathfrak{C}(\eta i - i - 1) + 2i(\eta-1)}{2i\mathfrak{C}} \text{ et } P = \frac{2i(\eta-1)\mathfrak{C}}{\mathfrak{C}((\eta-1)i-1)+2i(\eta-1)}$$

Hinc ergo fiet

$$P - 1 = \frac{\mathfrak{C}(i(\eta-1)+1) - 2i(\eta-1)}{\mathfrak{C}((\eta-1)i-1)+2i(\eta-1)}$$

qui valor erit positiuus, seu $P > 1$, si fuerit

$$i < \frac{\mathfrak{C}}{(\eta-1)(2-\mathfrak{C})}.$$

Hoc ergo casu prodit

$$\mathfrak{B} = \frac{-\mathfrak{C}(i(\eta-1)+1)+2i(\eta-1)}{\mathfrak{C}(i(\eta-1)-1)+2i(\eta-1)}$$

qui valor cum sit negatiuus, etiam B erit negatiuum et ob $P > 1$ debebit A esse positiuum, vt superiores conditiones postulant; sin autem esset

$$i > \frac{\mathfrak{C}}{(\eta-1)(2-\mathfrak{C})};$$

tum foret $P < 1$ sumique deberet A negatiue, ac prodiret $\mathfrak{B} > 0$. vnde vt etiam B fiat positiuum, insuper necesse est, vt sit $\mathfrak{B} < 1$, quod manifestum est, cum sit $\mathfrak{B} = 1 - P$. Postea vero pro $\mathfrak{D}$ inueniendo notetur esse

$$M = \frac{2\mathfrak{C}}{\mathfrak{C}\mathfrak{M}+\eta-1} \text{ et}$$

$$\mathfrak{q} = -M \text{ et } \mathfrak{r} = -\frac{(\eta-1)M}{\mathfrak{C}};$$

ex quibus prodit

$$\mathfrak{D} = -i(\eta-1)M\mathfrak{M} = -2i(\eta-1).$$

 illi

illi vero valores abibunt in hos:

$$\mathfrak{q} = -\frac{2}{\mathfrak{M}}; \text{ et } \mathfrak{r} = -\frac{2(\eta-1)}{\mathfrak{C}\mathfrak{M}}.$$

His valoribus inuentis considerentur primo diſtantiae focales, quae ſunt:

$$p = \mathfrak{A}a; \quad q = -\frac{A\mathfrak{B}}{P}.a;$$

$$r = -\frac{AB\mathfrak{C}}{\eta-1}.a; \quad s = \frac{ABC\mathfrak{D}}{i(\eta-1)\mathfrak{M}},$$

$$\text{et } t = \frac{ABCD}{\mathfrak{M}}.a.$$

Tum vero interualla

$$1^{mum} = A\,a\left(1-\frac{1}{P}\right);$$

$$2^{dum} = -A\,B.\,a\left(\frac{1}{P}+\frac{1}{\eta-1}\right);$$

$$3^{tium} = -\frac{ABC.a}{\eta-1}\left(1-\frac{1}{i\mathfrak{M}}\right);$$

$$4^{tum} = \frac{ABCD.a}{\mathfrak{M}}\left(\frac{1}{i(\eta-1)}+1\right);$$

diſtantia vero oculi

$$O = \frac{t}{\mathfrak{M}M} = \frac{1}{2}t\left(1+\frac{\eta-1}{\mathfrak{C}\mathfrak{M}}\right).$$

Deinde ſimili modo, vt iam ante notauimus, littera x ſiue per experientiam ſiue ex formula nota definiri poterit. Tum vero erit lentis ſecundae ſemidiameter aperturae

$$= \frac{1}{4}\mathfrak{q}q + \frac{x}{P} = \frac{1}{2}.\frac{q}{\mathfrak{M}} + \frac{x}{P}.$$

tertiae vero lentis

$$= \frac{1}{4}.\mathfrak{r}r + \frac{x}{\eta-1} = \frac{1}{2}.\frac{(\eta-1)r}{\mathfrak{C}\mathfrak{M}} + \frac{x}{\eta-1}.$$

reliquae vero lentes quia ſunt vtrinque aeque convexae, maximam aperturam admittunt. Pro ſpatio deni-

denique conſpicuo erit

$$z = \frac{1}{2} \cdot \frac{\mathfrak{C} \cdot a}{\mathfrak{C}\mathfrak{M} + \eta - 1} = \frac{a}{2\mathfrak{M}} \text{ proxime}$$

et menſura claritatis $= 20 \cdot \frac{x}{\mathfrak{M}}$.

Coroll. 1.

275. Si littera i contineatur intra hos limites, ſcilicet

$$i > \frac{\mathfrak{C}}{(\eta - 1)(2 + \mathfrak{C})} \text{ et } i < \frac{\mathfrak{C}}{(\eta - 1)(2 - \mathfrak{C})}$$

tum fit $P > 1$ et litterae $\mathfrak{B}$ et B negatiuae, littera vero A ſumi debet poſitiue; vnde omnia elementa eiusdem ſunt naturae, vti in caſu praecedente.

Coroll. 2.

276. Sin autem adeo fuerit $i > \frac{\mathfrak{C}}{(\eta - 1)(2 - \mathfrak{C})}$; tum littera P vnitate fit minor, hincque tam littera $\mathfrak{B}$, quam B fiunt poſitiuae; at vero littera A eſſe debebit negatiua, id quod duplici modo euenire poteſt, altero quo $\mathfrak{A} > 1$; altero vero, quo $\mathfrak{A} < 0$. quo poſteriore caſu lens prima euaderet concaua et inſtrumentum multis incommodis foret obnoxium.

Coroll. 3.

277. Sin autem fuerit $i = \frac{\mathfrak{C}}{(\eta -)(2 - \mathfrak{C})}$; tum fiet $P = 1$. hincque $\mathfrak{B} = 0$ et $B = 0$. Tum igitur ne fiat $q = 0$, neceſſe erit ſumi $A = \infty$, ita, tamen, vt ſit $AB = A\mathfrak{B} = -\frac{q}{a}$. Vnde cum ſit $1 - P = \mathfrak{B}$

 erit

erit primum interuallum

$$= A\,a\left(1 - \frac{1}{p}\right) = -A\,\mathfrak{B}.\,a = q$$

quare ob $\mathfrak{A} = 1$. fient distantiae focales

$$p = a;\; q = q;\; r = \frac{\mathfrak{C}q}{\eta - 1};$$

$$s = -\frac{C\mathfrak{D}.}{i(\eta - 1)\mathfrak{M}}\,q \text{ seu } s = \frac{2C}{\mathfrak{M}}.\,q \text{ et}$$

$$t = -\frac{CD}{\mathfrak{M}}.\,q \text{ seu } t = \frac{2i(\eta - 1)C}{2i(\eta - 1) + 1}.\,\frac{q}{\mathfrak{M}}.$$

Interualla vero lentium

$$1^{mum} = q;$$

$$2^{dum} = \frac{\eta}{\eta - 1}.\,q;$$

$$3^{tium} = \frac{C}{\eta - 1}\left(1 - \frac{1}{i\mathfrak{M}}\right)q;$$

$$4^{tum} = -\frac{CD}{\mathfrak{M}}\left(1 + \frac{1}{i(\eta - 1)}\right)q.$$

$$= \frac{2i(\eta - 1) + 2}{2i(\eta - 1) + 1}.\,\frac{C}{\mathfrak{M}}.\,q.$$

In reliquis vero momentis nihil mutandum occurrit.

Scholion.

278. Probe autem hic est notandum, casus in his duobus postremis corollariis contentos neutiquam ad telescopia transferri posse. Pro telescopiis enim ob $a = \infty$ necessario sumi debet $\mathfrak{A} = 0$ et $A = 0$, cum in his casibus debeat esse $\mathfrak{A}$ vel infinitum vel negatiuum.

Exempl. I.

279. Sumamus $\eta = 2$ et quia C in iis tantum terminis occurrit, qui per $\mathfrak{M}$ sunt diuisi ideo-

que

